quid propter quid fieret. hoc est quid cui subiectum esset. intellegens
cibandum potius ut uiuamus. quam uiuendum ut cibemur admonuit.
Similiter et tu fortasse et quilibet hominum non imperitus res aestim
antium docenti cupiam loqui amatorique uerborum. Ideo doceo
ut loquar. responderet is homo. cur non potius ideo loqueris
ut doceas. Quod si haec uaera sunt sicuti esse cognoscis. uides profec
to quanto uerba minoris habenda sint quam id propter quod utimur
uerbis cum ipse usus uerborum iam sit uerbis anteponendus. Uerba
enim ut his utamur. Utimur autem his ad docendum. Quanto est igitur melius
docere quam loqui. tanto melior quam uerba locutio. Multo enim
melior doctrina quam uerba. sed cupio audire quid contradi
Ad cendum putes. Assentior quidem meliorem esse quam uerba esse doctrinam.
sed utrum aduersus istam regulam qua dicitur omne quod propter aliud est
inferius esse quam id propter quod est. nihil sit quod obici possit ignoro.
Augustinus. Alias hoc oportunius diligentiusque tractabimus. Nunc illud
quod concedis satis est ad id quod conficere studeo. Das enim cognitio
nem rerum quam signa rerum esse cariorem. Quam ob rem cognitio rerum
cognitioni signorum anteferenda est. An tibi non uidetur. Ad. Nam
ego cognitionem signorum cognitioni rerum ac non signis ipsis praestan
tiorem esse concessi. quare uereor ut hic tibi assentiar. quid enim
ut caenum nomen melius est ea re quam significat. Ita et huius cogni
tio cognitioni quoque illius rei est anteponenda. Quamuis ea cogni
tione sit ipsum nomen inferius. Quattuor quippe sunt nomen et res cognitio
nominis et cognitio rei. Sic ergo primum secundo cur non et tertium quarto
antecellat. Sed non antecellat num etiam subiciendum est. Augustinus. Mire
omnino te uideo et tenuisse quod confessus es et explicasse quod sense
ris. sed ut opinor intellegis hoc trisillabum nomen quod sonat cum
dicimus uitium. melius esse quam id quod significat. cum ipsius cognitio
nominis multo sit inferior cognitione uitiorum. Ad. Licet itaque
constituas etiam ista quattuor atque consideres. nomen et rem cogni